Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Actus infirmi suspirantis ad Deum [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-93309

Visual Library

Actus infirmi, suspirantis ad Deum.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Dne, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Convertere Domine, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Domine Deus meus in te speravi: salvum me fac ex omnibus infirmitatibus meis, et libera me.

Adiuva me, ah adiuva me, qui nunquam dereliquisti quaerentes te Domine.

2. Vide humilitatem meam, et
respice in me.
Domine ne discedas à me,
neq; despiciat me in infir=
mitate mea.
Exacerbavi heu! te Dominum
meum ego peccator: ah
secundùm multitudinem iræ
tuæ non quæras me.
Inquinatæ sunt viæ meæ omnî
tempore: sed tu Domine
dele iniquitatem meam.
Desiderium pauperum exaudire
soles Domine, suspirationes
cordis mei etiam exaudiat
auris tua.
In te Domine confido: in

te transmigro in montem sicut passer. 3.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te, et quoniam Deus meus es tu.

Exaudi Domine Orationem meã intende deprecationẽ meã.

Diligam te Domine fortitudo mea, firmamentum meum et refugium meum, ac liberator meus.

Laudans invoco te Domine, conserva me, ne præoccupent me laquei mortis.

Præveni me in die afflictionis meæ, et sis Dominus protector meus.

4. Illumina tenebras meas, et eripe me à tentatione, quoniam protector es omnium sperantium in te.

Præcinge me virtute, et pone immaculatam viam meam.

Perfice pedes meos tanquam cervorum, et super excelsa tua statue me.

Doce manus meas ad prælium et pone ut arcum æreum brachia mea.

Da mihi protectionem salutis tuæ, et dextera tua suscipiat me.

Præcinge me virtute ad bellum, et supplanta insur=

gentes in me subtus me. 5.

Da mihi Domine protectionem salutis tuæ, et dextera tua suscipiat me.

Confringe inimicos meos, ne possint stare, sed cadant subtus pedes meos.

Comminue eos ut pulverem ante faciem venti, et ut lutum platearum dele eos.

Ab occultis meis munda me Domine et ab alienis parce servo tuó.

Meditatio cordis mei Domine sit in conspectu tuo semper. Domine Adiutor meus, et Redemptor meus.

Domine salvum me fac, et exaudi me in die in qua invocavero te.

6. Ô! quàm multiplicati sunt, qui
tribulant me! quàm multi
insurgunt adversum me!
tu autem Domine susceptor
meus es, gloria mea et
exaltans caput meum.

Non timebo millia hostium cir=
cumdantium me: sed tu exurge
Domine, et salvum me fac
Deus meus.

Per te Domine mihi salus, et
super me sit benedictio tua.

Audi clamantem ad te ô Jesu
et dextram tuam mihi porrige,
ac sordibus peccati expiatum
Redde polorum sedibus.

Exoro te Redemptor amantissime,
ut probra mea diluas, vita

perennis commoda mihi benignè, et conferas.

Da Domine, ut cum Sanctis tuis merear aulam ingredi coeli, simul et beatam ducere vitam.

O Domine, ne elongaveris auxilium tuum à me. Ad defensionem meam conspice.

Non avertas faciem tuam à me, sed cùm clamavero ad te exaudi me, et ex ore leonis salva me.

Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Misericordia tua Domine subsequatur me omnibus diebûs vitæ meæ.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

8. Fac, ut inhabitem in domo tua
Domine, et in sæcula sæculo=
rum glorificem te.
Ad te Domine levavi animam
meam, in te confido, non
erubescam.
Non irrideant me inimici mei:
etenim universi, qui sussti=
nent te non confundentur.
Reminiscere miserationum tuarum
Domine, et misericordiarum
tuarum, quæ à sæculo sunt.
Delicta Juventutis meæ, et
ignorantias meas ne memineris
Domine.
Secundùm misericordiam tuam
memento mei tu: propter
Bonitatem tuam Domine.

Propter Nomen tuum Domine 9.
propitiaberis peccatis meis.

Oculi mei semper ad te Domine
quoniam tu evelles de laqueo
pedes meos.

Respice in me, et miserere mei:
quia unicus, et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multipli=
catæ sunt: de necessitatibus
meis erue me.

Vide humilitatem meam, et laborem
meum, et dimitte universa
delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam
multiplicati sunt.

Custodi animam meam et erue
me: non erubescam, quoniam
speravi in te.

10. Libera me Deus Israël ex omni=
bus tribulationibus meis, et
ne perdas cum impijs Deus
animam meam.

Exquisivit te Domine facies mea,
ne derelinquas me, neqꝫ de=
spicias me Deus salutaris meus.

Credo videre bona tua Domine
in terra viventium.

Ne trahas me cum peccatoribꝫ,
et cum operantibus iniqui=
tatē ne perdas me.

Adiutor meus esto, ne dere=
linquas me, neqꝫ despi=
cias me Deus salutaris
meus.

Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. 11.

Inclina Domine ad me aurem tuā, accelera, ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, in domum refugij, ut salvum me facias.

In manus tuas commendo spiritum meum. redemisti me Domine Deus veritatis.

In te speravi Domine, exultabo et lætabor in Misericordia tua.

12. Miserere mei Domine, te
enim exspectavi: esto brachium
meum et salus mea in tempore
tribulationis meæ.

Lava me ab iniquitate mea
et à peccatis meis munda
me

Miserere mei secundum magnam
misericordiam tuam, et
secundum multitudinem
miserationum tuarum
dele iniquitatem meam.

Averte faciem tuam à pecca=
tis meis, et omnes iniqui=
tates meas dele.

Ne projicias me à facie
tua, et Spiritum Sanctum
tuum ne auferas à me.

Deus meus es tu et con= 13.
fitebor tibi: Deus
meus es tu, et exaltabo
te.
Confiteor tibi Domine,
quoniam bonus es, quo=
niam in sæculum mi=
sericordia tua.
Miserere mei Deus: Omnē
pelle languorem, tribue
salutē, et pietate tua
dona Regna polorum.
Per viscera Misericordiæ tuæ
Domine, illumina me, qui
in tenebris et in umbra
mortis sedeo, et dirige pedes
meos in viam pacis.
Cedant tenebræ lumini, et
nox diurno syderi, ut
culpa, quam nox intulit

14.
Lucis labascat munere.

Oculi Domini super me, me=
tuentem eum, et sperantes
super Misericordia eius.

Lætabitur cor meum in eo, quo=
niam adiutor et protector
meus est.

Juxtà me esto Domine, et
humilem Spiritu salvato.

Confundantur et convertantur
retrorsum, qui cogitant
mihi mala, et quærunt
animam meam.

Fiant tanquam pulvis ante
faciem venti, et Angelus
Domini coarctans et perse=
quens eos.

Anima mea exultabit in Do=
mino, et delectabitur

Super salutari suo. 15.

Ne derelinquas me Domine Deus meus et ne discesseris à me
Intende in Adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.

Domine tu es exspectatio mea, ab omnibus iniquitatibus meis erue me.
Exaudi Orationē et deprecationē meam, auribus percipe lachrymas meas.
Remitte mihi, ut refrigerer priusquam abeam, et amplius non ero.
Educ me de lacu miseriæ, et de luto fæcis.
Statue super petram pedes meos, et dirige gressus meos.

16. Ne longè facias miserationes
tuas à me: Misericordia tua
et Veritas tua semper susce=
perunt me.

Comprehenderunt me iniquitates
meæ, multiplicatæ sunt
super capillos capitis mei.
Cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Domine,
ut eruas me. Domine ad
adiuvandum me respice.

Confundantur et revereantur
simul, qui quærunt animã
meam, ut auferant eã.
Convertantur retrorsum, et
revereantur, qui volunt
mihi mala. Ferant
confestim confusionẽ suã.

Ego mendicus sum, et pauper, sed tu Domine solicitus es mei. Adiutor meus, et protector meus tu es. Deus meus, ne tardaveris. 17.

Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.

O Domine opem mihi ~~confer~~ confer super lectum doloris mei.

Benedictus Dominus Deus Israël à sæculo et usque in sæculum. fiat fiat.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Quando veniam et apparebo ante faciem tuam?

18. Eripe Domine animam meam
de morte, et pedes meos
de lapsu

Eripe me de inimicis meis, et
ab insurgentibus in me libera me.

Disperge illos in virtute tua,
protector meus Domine

Ego autem cantabo fortitudi=
nem tuam, et exaltabo
misericordiam tuam. quia
factus es susceptor meus,
et refugium meum in die
tribulationis meæ.

Sub umbra alarum tuarum
protege me. quoniam in te
confidit anima mea.

Mitte misericordiam tuam, et
de medio catulorum Leonum
eripe me.

Proyce post tergum tuum omnia 19.
peccata mea, et pota me
vinô compunctionis.

Ô mi bone Deus! tu factus es
spes mea, et turris fortitudi-
nis à facie inimici. protegar
in velamento alarum tuarum.

In Deo salutare meum, et gloria
mea. Deus auxilij mei, et
spes mea in Deo est.

Effundo coràm te cor meum Deus
adiutor meus esto in æternum.

In multitudine Misericordiæ
tuæ exaudi me, ne proycias
me in tempore senectutis,
et cùm defecerit virtus
mea ne derelinquas me.

20.
Ne memineris Domine iniqui=
tatum mearum antiquarum:
~~meare~~ citò anticipent me
misericordia tua, quia pauper
factus sum nimis.

Deus converte me, ostende
faciem tuam, et salvus ero.

O quàm dilecta sunt taberna=
cula tua Domine: Concu=
piscit, et deficit anima mea
in atria Domini.

Melior est dies una in atrijs
tuis super millia.

Misericordiam et Veritatē diligis
Deus, gratiam, et gloriam
dabis Domine.

21.

Clamo ad te Domine: expando
ad te manus meas, quia
repleta est malis anima
mea, et vita mea inferno
~~app~~ appropinquavit. Intret
in conspectu tuo oratio
mea, inclina aurem tuam
ad precem meam.
Convertere Domine usquequò, et
deprecabilis esto super servum
tuum.
Lætifica animam servi tui,
quoniam ad te Dominé
animam levavi. quoniam
tu Domine suavis et mitis
et multæ misericordiæ omnibus
invocantibus te.

22. Respice in me et miserere mei, et salvum fac filium Ancillæ tuæ.

In Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo.

Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut foenum arui, tu autem Domine in æternum permanes.

Tu ergò exurgens misereberis mei, quia tempus miserendi est, quia venit tempus.

Propitiare omnibus iniquitatibus meis: sana omnes infirmitates meas.

Non secundum peccata mea facias mihi, neque secundùm iniquitates meas retribuas mihi.

Non intres in Iudicium cum servo tuo.

Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Veniant mihi miserationes tuæ et vivam. Adiuva me et salvus ero.

Aspice in me, et miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum. In misericordia tua vivifica me.

Fiat manus tua, ut salvet me.

Custodi me ab omni malo. Custodi animam mea Domine

Custodi exitum ~~eu~~ meum ex hoc mundo et ~~in~~ introitum in futurum sæculum.

24. In quacunque die invocavero te, exaudi me; Multiplica in anima mea virtutem.
Tu Domine es spes mea, et portio mea in terra viventium.